

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6497

Autre(s) référence(s) : Bates 145 / ARTEM 2718 / Round 116

Auteur(s) : Gilbert d'Auffay [particulier]

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1085

Action juridique : autre

Description de l'original : chirographe

Langue du texte : latin
chirographe

Analyse

Notice relatant l'accord conclu entre Gilbert d'Auffay et l'abbaye de Fécamp au sujet de la forêt « Inter duas aquas », en présence de Guillaume [Ier], roi d'Angleterre et duc de Normandie.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 7 H 623.

Éditions principales

- a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, n° 7.
- b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 145, p. 479-481.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 116. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 207.

Texte établi d'après b

Anno ab incarnatione Domini millesimo LXXXa Vto determinata est controversia quæ erat inter Gulbertum de Alfait et ecclesiam sancte Trinitatis Fiscanni, presente et precipiente Willelmo Anglorum rege et Normannorum principe, hoc modo. Dimisit igitur Gulbertus de Alfait o[mnes] calumnias quas faciebat in abbazia et silva sancte Trinitatis que appellatur Inter Duas Aquas et calumnias quas faciebat super quandam vacuum terram eiusdem silve. Et dedit idem Gulbertus abbacie sancte Trinitatis ec[clesiam] Omnium Sanctorum cum decimis suis, hac determinatione ut sacerdoti sola cantatura remaner[et, et ecclesiam] abbazia sancte Trinitatis teneret, et cetera

eiusdem ecclesie in dominium Fiscannensis abbacie ex integro transirent. In Gansivilla etiam ubi primum habebat Fiscannensis abbatia ecclesiam et totius ville decimam, dedit idem duos acres terre et decimas molendinorum suorum et omnium rerum aliarum in caseis et in pecudibus s[ue] possessioni pertinentium. Propter istas igitur donationes et omnium omnino calumniarum prescriptiones donavit Fiscannensis abbas Willelmus Gulberto de Alfait decem libras et pasturam suis et suorum hominum pecoribus, et concessit ut quando ipse aut uxor illius venirent ad Gansivillam ligna ad suum ignem necessaria haberent, ita quidem ut prius inde requireret abbatem, [v]el priorem si abbas deesset, et tunc ex concessu abbatis vel prioris, presente et tradente forestario abbacie mensurate ligna accipet ubi silva sancte Trinitatis non n[on] peioraretur. Donavit autem abbas Fiscanni ista dona Gulberto ita ut de Fiscannensi ecclesia in feodo teneret, et inde eidem ecclesie serviret in placitis suis Fiscanni vel Rothomagi quotie[ns] ipse a Fiscannensis abbacie abbate vel fratribus inde summonitus esset. Ex parte regis fuerunt iudices et testes, abbas sancti Ebrulfi, abbas sancti Petri Dive, Rogerius pincerna, Hugo de Portu, Widdo Oillei, Ricardus de Corcei, Gaufridus Martellus. Ex parte sancte Trinitatis, Landbertus sancti Sedani, Willermus Dens Durus, Willelmus Maleconductus, Rodbertus Maleth, Juelinus de Amundivilla, Rodbertus Bort Ville, Berardus Salvalonis filius, Audoenus camerarius, Hugo filius eius, Gaufridus de Sedania, Willelmus filius Theodorici. Ex parte Gulberti, Bernardus de Novo Mercato, Willelmus Runce, Tetfredus de Alfait, Rodbertus de Cropiz, Walterius de Novo Mercato, Wigerius filius Ursionis, Radulfus filius Odonis, Ricuardus de Torcei et Eusthachius frater eius, Bernardus de Belnai, Willelmus de Tornebu, Baldricus filius Nicholai, Ernulfus de Villaines, Radulfus filius Anseredi, Rannulfus vicecomes, Rotbertus filius Ascelini.